



Ministero dell'Istruzione, dell'Università e della Ricerca
Ufficio Scolastico Regionale per le Marche

Direzione Generale

PROVA CERTIFICAZIONE IN LINGUA LATINA B1

Tarquinio Prisco regnante, mirum signum praemonuit Servium Tullium puerum, qui in regia more servili vivebat, maximam fortunam dignitatemque consecuturum esse.

1. Eo tempore in regia prodigium visu eventumque mirabile fuit. Puero dormienti,
2. cui Servio Tullio fuit nomen, caput arsisse ferunt multorum in conspectu;
3. plurimo igitur clamore inde ad tantae rei miraculum orto **excitos** reges, et cum
4. quidam familiarium aquam ad restinguendum ferret, ab regina retentum,
5. sedatoque eam tumultu moveri vetuisse puerum donec sua sponte **experrectus**
6. **esset**; mox cum somno et flammam abisse. Tum abducto in secretum viro
7. **Tanaquil** "Videsne tu puerum hunc," inquit, "quem tam humili cultu educamus?"
8. Scire licet hunc lumen quondam rebus nostris dubiis futurum praesidiumque
9. regiae adflictae; **proinde** materiam ingentis publice privatimque decoris omni
10. indulgentia nostra nutriamus". Inde **puerum liberum loco coeptum haberi**
11. erudiri que artibus quibus ingenia ad magnae fortunae cultum excitantur. Evenit
12. facile quod dis cordi esset: iuvenis evasit vere indolis regiae nec, cum
13. quaereretur gener Tarquinio, quisquam Romanae iuventutis ulla arte **conferri**
14. potuit, filiamque ei suam rex despondit. Hic quacumque de causa tantus illi
15. honos **habitus** credere prohibet serva natum eum parvumque ipsum servisse.
16. Eorum magis sententiae sum qui **Corniculo** capto **Servi Tulli**, qui princeps
17. in illa urbe fuerat, gravidam viro occiso uxorem, cum inter reliquas captivas
18. cognita esset, ob unicum nobilitatem ab regina Romana prohibitam ferunt
19. servitio partum Romae edidisse in Prisci Tarquini domo; inde tanto beneficio et
20. inter mulieres familiaritatem auctam et puerum, ut in domo a parvo eductum, in
21. caritate atque honore fuisse; fortunam matris, quod capta patria in hostium



Ministero dell'Istruzione, dell'Università e della Ricerca
Ufficio Scolastico Regionale per le Marche

Direzione Generale

22. manus venerit, ut serva natus crederetur fecisse.

excitos (esse): *accurrisse*

experrectus esset: *e somno excitatus esset*

Tanaquil: *Tarquinii Prisci uxor*

proinde: *quare*

puerum liberum loco coeptum (esse) haberi: *aeque ac filium incepisse existimari*

conferri: *cum eo comparari*

habitus: *adsignatus*

Corniculo: *Corniculum erat vetus oppidum Latinorum, ubi Servi Tulli parentes vivebant*

Servi Tulli: *Servius Tullius est pueri pater, cui idem nomen erat*

ESERCIZIO N. 1

Indica con una crocetta che cosa significano, nel contesto proposto, i seguenti vocaboli e sintagmi:

1. *Retentum* (r. 4)

- a) moderato
- b) conservato
- c) trattenuto
- d) ritenuto

2. *In secretum* (r. 6)

- a) in disparte
- b) in un luogo segreto
- c) segretamente
- d) per (rivelare) il segreto

3. *Cultu* (r. 7)

- a) raffinatezza



Ministero dell'Istruzione, dell'Università e della Ricerca
Ufficio Scolastico Regionale per le Marche

Direzione Generale

- b) ossequio
- c) ornamento
- d) modo di vivere

4. *Materiam* (r. 9)

- a) motivo
- b) materia
- c) argomento
- d) pretesto

5. *Magnae fortunae* (r. 11)

- a) di grande ricchezza
- b) di un grande destino
- c) di tanta fortuna
- d) di una grande sventura

6. *Dis cordi esse* (r. 12)

- a) essere nel cuore degli dei
- b) stare a cuore agli dei
- c) avere cura in nome degli dei
- d) aver cura degli dei

7. *Evadere* (r. 12)

- a) rivelarsi
- b) sfuggire
- c) andare fuori
- d) avere come risultato

8. *Partum Romae edere* (r. 19)

- a) far conoscere un figlio di Roma
- b) dare alla luce per Roma
- c) partorire a Roma
- d) dare alla luce un figlio di Roma

ESERCIZIO N. 2

Indica con una crocetta la descrizione morfosintattica che ritieni corretta:

201903271006_A4.4_PN1718_120_Certificazione lingua latina_prova livello B1

Via XXV Aprile, 19,60125 Ancona - Codice IPA: m_pi

Pec: drma@postacert.istruzione.it – E-mail: direzione-marche@istruzione.it

Codice univoco per la fatturazione elettronica: YUSJ56 per la contabilità generale, DBOURO per quella ordinaria

Tel.: 071/22951-2295415 – CF: 80007610423

Sito internet: www.marche.istruzione.it

Dr. P.



Ministero dell'Istruzione, dell'Università e della Ricerca
Ufficio Scolastico Regionale per le Marche

Direzione Generale

1. *Dormienti* (r. 1) è

- a) dativo maschile singolare
- b) ablativo maschile singolare
- c) ablativo neutro singolare
- d) dativo femminile singolare

2. *Restinguendum* (r. 4) è

- a) gerundivo con valore attributivo
- b) gerundivo con valore predicativo
- c) gerundio accusativo
- d) gerundio nominativo

3. *Eam* (r. 5) è

- a) il soggetto dell'infinito *moveri*
- b) il complemento oggetto dell'infinito *moveri*
- c) il soggetto dell'infinito *vetuisse*
- d) il complemento oggetto dell'infinito *vetuisse*

4. *Videsne* (r. 7) contiene:

- a) una particella enclitica interrogativa
- b) una particella enclitica disgiuntiva
- c) un avverbio di negazione
- d) una congiunzione coordinante avversativa

5. *Hunc* (r. 8) è

- a) aggettivo maschile singolare
- b) pronome maschile singolare
- c) aggettivo neutro singolare
- d) pronome neutro singolare

6. *Quod* (r. 12) è

- a) congiunzione causale
- b) congiunzione dichiarativa
- c) aggettivo interrogativo
- d) pronome relativo



Ministero dell'Istruzione, dell'Università e della Ricerca
Ufficio Scolastico Regionale per le Marche

Direzione Generale

7. *Quisquam* (r. 13) è:

- a) aggettivo indefinito
- b) pronome indefinito
- c) pronome interrogativo
- d) aggettivo relativo-indefinito

8. *Servitio* (r. 19) è:

- a) dativo di fine
- b) dativo di vantaggio
- c) ablativo di mezzo
- d) ablativo di allontanamento

ESERCIZIO N. 3

Fra i quattro riassunti proposti, scegli quello che ti sembra sintetizzare meglio il testo:

1. In seguito al prodigio di una fiamma, Tanaquil, moglie di Tarquinio Prisco, comprende che Servio Tullio è destinato ad avere un grande avvenire e già immagina che diventerà re, dopo aver sposato sua figlia: ciò induce ^{l'autore} Livio a raccontare la vera storia delle sue origini.
2. In seguito al prodigio di una fiamma, Tanaquil, moglie di Tarquinio Prisco, comprende che Servio Tullio ha tutte le qualità per essere ~~trattato come un nobile~~, pertanto dovrà essere ~~allevato con ogni onore~~: ciò induce Livio a non credere che egli fosse figlio di una schiava.
3. In seguito al prodigio di una fiamma, Tanaquil, moglie di Tarquinio Prisco, comprende che Servio Tullio è destinato ad avere un grande avvenire, pertanto dovrà essere allevato con ogni onore: il fatto che sarà il genero di Tarquinio induce ^{l'autore} Livio a non credere che egli fosse figlio di una schiava.
4. In seguito al prodigio di una fiamma, Tanaquil, moglie di Tarquinio Prisco, comprende che Servio Tullio, pur essendo destinato ad avere un grande avvenire, era probabilmente figlio di una schiava: il fatto che sarà il genero di Tarquinio induce ^{l'autore} Livio a non credere al racconto tradizionale.

SCELGO IL RIASSUNTO NUMERO.....

ESERCIZIO N. 4

Indica se le seguenti affermazioni sono da considerarsi vere (V) o false (F):

V F



Ministero dell'Istruzione, dell'Università e della Ricerca
Ufficio Scolastico Regionale per le Marche

Direzione Generale

1. Dum ruri Servius Tullius puer munera servilia exercet, mirum prodigium ei evenit.		
2. Reges, qui aderant prodigio, magnum clamorem levaverunt ut omnes ad tantae rei miraculum excirent.		
3. Quidam ex servis aquam ferens flammam restinguere potuit, regina impediente		
4. Post mirabilem eventum, regina viro persuasit ut puerum filii loco haberet.		
5. Servius Tullius artibus liberalibus eruditus est, cum ingenium regale ostenderet.		
6. Diis placuit Servium prospera fortuna frui.		
7. Rerum scriptor non credit Servium olim servum fuisse, cum Tarquinii filiam duxisset uxorem.		
8. Ex altera fama, Servii mater, cum captiva facta esset post Corniculum captum, in regia partum edere vetita est.		

ESERCIZIO N. 5

Trasforma le seguenti frasi, estrapolate dal testo, secondo le indicazioni fornite:

1. *Multorum in conspectu* (r. 2)

Cum multi.....

2. *Plurimo clamore ad tantae rei miraculum orto* (r. 3)

Cum plurimus.....

3. *Cum quidam familiarium aquam ad restinguendum ferret, ab regina retentum* (rr. 3-4)

Regina impedivit quominus flamma.....

4. *Tanaquil "Videsne tu puerum hunc", inquit* (r. 7)

Tanaquil e viro quaesivit.....

201903271006_A4.4_PN1718_120_Certificazione lingua latina_prova livello B1

Via XXV Aprile, 19,60125 Ancona - Codice IPA: m_pi

Pec: drma@postacert.istruzione.it - E-mail: direzione-marche@istruzione.it

Codice univoco per la fatturazione elettronica: YUSJ56 per la contabilità generale, DBOURO per quella ordinaria

Tel.: 071/22951-2295415 - CF: 80007610423

Sito internet: www.marche.istruzione.it



Ministero dell'Istruzione, dell'Università e della Ricerca
Ufficio Scolastico Regionale per le Marche

Direzione Generale

5. *Scire licet hunc lumen quondam rebus nostris dubiis futurum praesidiumque regiae adflictae* (rr. 8-9)

Hic rebus nostris dubiis lumen praesidiumque....., si regia detrimentum

.....

6. *Ob unicam nobilitatem ab regina Romana prohibitam ferunt servitio* (rr. 18-19)

Quia pueri mater tantae..... erat, Tanaquil putavit eam

non esse in servitutem

ESERCIZIO N. 6

Completa la seguente parafrasi coniugando opportunamente i verbi elencati a margine, presentati in ordine alfabetico:

Eodem anno ii, qui apud regem habitabant, prodigium mirificum cum propter visionem tum propter exitum. Cum puer, Servius Tullius, dormiret, multi conspexerunt flammam circa caput eius Postquam strepitus conclamantium prodigium excitaverat regem et uxorem, servus, aquam ferens, restincturus erat ignem, sed regina ne ille id faceret neve omnes puerum tangerent, ne somno solverent. Cum tumultus sedatus esset, subito somnus flammaque finem Cum Tanaquil ex conspectu se abdidisset, colloquium in secreto habuit cum T. Prisco, suo viro, eiusmodi: "Hic puer qui vivit et servili modo, quondam nobis dux in rebus adversis nostramque regionem a periculis defendet; quamobrem huius singularem dignitatem ad salutem communem". Posthac aequae ac filium reges eum colere et impellerunt ad omnes artes liberales ut ingenium eius tenderet ad prosperam fortunam. Hoc modo Servius eruditus est, diis quoque volentibus. Factus est igitur vir eximia virtutis, quocum nullus iuvenis Romanus comparari Quare, cum Tarquinius filiam suam in matrimonium dare, eum generum delegit. Cum tantus honos ei, nemo credat Servio servilem originem vel mores fuisse. A quibusdam aliis ob eius matris fortunam fama precrebuisse eum servili genere natum. Narrant enim cum pater, Corniculi princeps patriaque a Romanis capta esset, matrem gravidam in reginae conspectum cum reliquis mulieribus esse. Cum Tanaquil in illius mulieris habitu insigne ingenium perspexisset, dicunt reginam imperavisse ut illa a servitute, et in tantam familiaritatem eam recepisse ut non solum Servius natus sed etiam educatus in regis domo sit, ubi amatus et honoratus vixerit.



Ministero dell'Istruzione, dell'Università e della Ricerca
Ufficio Scolastico Regionale per le Marche

Direzione Generale

1. ABDUCO	9. OCCĪDO
2. APPELLO	10. ORIOR
3. AUGEO	11. POSSUM
4. CREDO	12. PROHIBEO
5. DUCO	13. SPECTO
6. EDUCO	14. SUM
7. HABEO	15. TRIBUO
8. INSTITUO	16. VOLO

201903271006_A4.4_PN1718_120_Certificazione lingua latina_prova livello B1

Via XXV Aprile, 19,60125 Ancona - Codice IPA: m_pi

Pec: drma@postacert.istruzione.it - E-mail: direzione-marche@istruzione.it

Codice univoco per la fatturazione elettronica: YUSJ56 per la contabilità generale, DBOURO per quella ordinaria

Tel.: 071/22951-2295415 - CF: 80007610423

Sito internet: www.marche.istruzione.it



Ministero dell'Istruzione, dell'Università e della Ricerca
Ufficio Scolastico Regionale per le Marche

Direzione Generale

PROVA CERTIFICAZIONE IN LINGUA LATINA B2

ESERCIZIO N. 7

Lineas crassis litteris notatas in Italicum sermonem verte

1. *Eo tempore in regia prodigium visu eventaque mirabile fuit. Puero dormienti,*
2. *cui Servio Tullio fuit nomen, caput arsisse ferunt multorum in conspectu;*
3. *plurimo igitur clamore inde ad tantae rei miraculum orto excitos reges, et cum*
4. *quidam familiarium aquam ad restinguendum ferret, ab regina retentum,*
5. *sedatoque eam tumultu moveri vetuisse puerum donec sua sponte experrectus*
6. *esset; mox cum somno et flammam abisse. Tum abducto in secretum viro*
7. *Tanaquil "Videsne tu puerum hunc," inquit, "quem tam humili cultu educamus?*
8. *Scire licet hunc lumen quondam rebus nostris dubiis futurum praesidiumque*
9. *regiae adflictae; proinde materiam ingentis publice privatimque decoris omni*
10. *indulgentia nostra nutriamus". Inde puerum liberum loco coeptum haberi*
11. *erudiri que artibus quibus ingenia ad magnae fortunae cultum excitantur. Evenit*
12. *facile quod dis cordi esset: iuvenis evasit vere indolis regiae nec, cum*
13. *quaereretur gener Tarquinio, quisquam Romanae iuventutis ulla arte conferri*
14. *potuit, filiamque ei suam rex despondit. Hic quacumque de causa tantus illi*
15. *honus habitus credere prohibet serva natum eum parvumque ipsum servisse.*
16. *Eorum magis sententiae sum qui Corniculo capto Servi Tulli, qui princeps*
17. *in illa urbe fuerat, gravidam viro occiso uxorem, cum inter reliquas captivas*
18. *cognita esset, ob unicum nobilitatem ab regina Romana prohibitam ferunt*
19. *servitio partum Romae edidisse in Prisci Tarquini domo; inde tanto beneficio et*
20. *inter mulieres familiaritatem auctam et puerum, ut in domo a parvo*
eductum, in
21. *caritate atque honore fuisse; fortunam matris, quod capta patria in hostium*
manus venerit, ut serva natus crederetur fecisse.



Ministero dell'Istruzione, dell'Università e della Ricerca
Ufficio Scolastico Regionale per le Marche

Direzione Generale

ESERCIZIO N. 8

Responde breviter Latino sermone

1. Quid fecit regina cum pueri caput ardere vidēret?

2. Quid dixit regina viro post mirabilem prodigium? (*Oratione obliquā utendum est tibi*)

3. Quae fama de Servi Tulli parentibus ortuque veri similior est?

M. B. -



Ministero dell'Istruzione, dell'Università e della Ricerca
Ufficio Scolastico Regionale per le Marche

Direzione Generale

Soluzioni prova B1

Esercizio 1

1. c) 2. a) 3. d) 4. a) 5. b) 6. b) 7. a) 8. c)

Esercizio 2

1. a) 2. c) 3. c) 4. a) 5. b) 6. d) 7. b) 8. d)

Esercizio 3

Riassunto n. 3

Esercizio 4

1. *Multorum in conspectu* (r. 2)
Cum multi **ADESSENT / ESSENT**
2. *Plurimo clamore ad tantae rei miraculum orto* (r. 3)
Cum plurimus **CLAMOR ORTUS ESSET**
3. *Cum quidam familiarium aquam ad restinguendum ferret, ab regina retentum* (rr. 3-4)
Regina impedivit quominus flamma **RESTINGUERETUR**
4. *Tanaquil "Videsne tu puerum hunc", inquit* (r. 7)
Tanaquil e viro quaesivit **NONNE ILLUM PUERUM VIDERET**
5. *Scire licet hunc lumen quondam rebus nostris dubiis futurum praesidiumque regiae adflictae* (rr. 8-9)
Hic rebus nostris dubiis lumen praesidiumque **SIT/ERIT**, si regia detrimentum **CAPIAT / HABEAT / CEPERIT / HABUERIT**
6. *Ob unicam nobilitatem ab regina Romana prohibitam ferunt servitio* (rr. 18-19)
Quia pueri mater tantae **NOBILITATIS** erat, Tanaquil putavit eam **REDUCENDAM / DUCENDAM** non esse in servitutem

Esercizio 5

1. F 2. F 3. F 4. V 5. V 6. V 7. V 8. F

Esercizio 6

Eodem anno ii, qui apud regem habitabant, prodigium **SPECTAVERUNT** mirificum cum propter visionem tum propter exitum. Cum puer, Servius Tullius **APPELLATUS**, dormiret, multi conspexerunt flammam circa caput eius **ORTAS**. Postquam strepitus conclamantium prodigium excitaverat regem et uxorem, servus, aquam ferens, restincturus erat ignem, sed regina **PROHIBUIT** ne ille id faceret neve omnes puerum tangerent, ne somno solverent. Cum tumultus sedatus esset, subito somnus flammaque finem **HABUERUNT**. Cum Tanaquil ex conspectu se abdidisset, colloquium in secreto habuit cum T. Prisco, suo viro, eiusmodi: "Hic puer qui vivit et **EDUCATUR** servili modo, quondam nobis dux **ERIT** in rebus adversis nostramque regionem a periculis defendet; quamobrem huius



Ministero dell'Istruzione, dell'Università e della Ricerca
Ufficio Scolastico Regionale per le Marche

Direzione Generale

singularem dignitatem ad salutem communem **AUGEAMUS**". Posthac aequae ac filium reges **INSTITUERUNT** eum colere et impellerunt ad omnes artes liberales ut ingenium eius tenderet ad prosperam fortunam. Hoc modo Servius eruditus est, diis quoque volentibus. Factus est igitur vir eximiae virtutis, quocum nullus iuvenis Romanus comparari **POTERAT / POTUIT / POTUERAT / POTUISSET**. Quare, cum Tarquinius **VOLUIT / VELLET** filiam suam in matrimonium dare, eum generum delegit. Cum tantus honos ei **TRIBUTUS SIT**, nemo credat Servio servilem originem vel mores fuisse. A quibusdam aliis **CREDITUR** ob eius matris fortunam fama percrebuisse eum servili genere natum. Narrant enim cum pater, Corniculi princeps, **OCCISUS (ESSET)** patriaque a Romanis capta esset, matrem gravidam in reginae conspectum cum reliquis mulieribus **DUCTAM** esse. Cum Tanaquil in illius mulieris habitu insigne ingenium perspexisset, dicunt reginam imperavisse ut illa a servitute **ABDUCERETUR**, et in tantam familiaritatem eam recepisse ut non solum Servius natus sed etiam educatus in regis domo sit, ubi amatus et honoratus vixerit.

Soluzioni prova B2

(La traduzione e le risposte fornite vanne intese come ipotesi di lavoro)

Esercizio 7

In quel tempo ci fu nella reggia un prodigio straordinario per il modo in cui si manifestò e per gli effetti che ne seguirono. Raccontano che, alla presenza di molti testimoni, ad un fanciullo che dormiva, chiamato Servio Tullio, ardesse il capo; che, pertanto, poiché ne era sorto un grandissimo clamore per la meraviglia di un evento tanto grande, fossero accorsi i regnanti [*oppure*: che, pertanto, fossero stati richiamati i regnanti dal grandissimo clamore che era seguito alla meraviglia per un evento tanto grande] e, poiché uno dei servi portava dell'acqua per spegnere le fiamme, egli fosse stato trattenuto dalla regina e, placato il tumulto, ella avesse vietato che si toccasse il fanciullo, finché non si fosse destato da sé; che, poco dopo, con il sonno fossero scomparse anche le fiamme.

Esercizio 8

1. Regina prohibuit ne quis familiarium uteretur aquā ad flammās ortas in pueri capite restinguendas (neve Servius moveretur, donec sua sponte experrectus esset).
2. Regina dixit illum puerum quondam lumen rebus dubiis regibus praesidiumque regiae adflictae futurum esse (et monuit virum ut eum omni indulgentia nutrent).
3. Fama veri similior est Servium Corniculi principis filium fuisse et in Prisci Tarquini domo natum esse, cum eius pater in Corniculi oppugnatione occisus esset et eius mater grāvida, capta et in regiam ducta, ob nobilitatem a servitio prohibita esset.

201903271010_A4.4_PN1718_120_Certificazione lingua latina_soluzioni prove livello B1-B2

Via XXV Aprile, 19, 60125 Ancona - Codice IPA: m_pi

Pec: drma@postacert.istruzione.it - E-mail: direzione-marche@istruzione.it

Codice univoco per la fatturazione elettronica: YUSJ56 per la contabilità generale, DBOURO per quella ordinaria

Tel.: 071/22951-2295415 - CF: 80007610423

Sito internet: www.marche.istruzione.it